

Uti Ozias adoleret incensum, Pontificia licentia, sumpto thuribulo, sanctuarium insidit, & ex pietatis thure iniquitatis suffum vaporate contendebar. Regis autem Sacerdotes compescant: At ille tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur Sacerdotibus statimque orta est lepra in fronte eius, coram Sacerdotibus, in domo Domini, super altare thymiamatis. 1. Paralip. 26. n. 19. non lat fuit, quod inficiaretur latentem lepra, sed in fronte, in vertice capitis scabiosa tabes obiit; ubi lamina aurea Sacerdotem exornabat, ibi lepra eum decorat. Cardinalis Hugo: Bene congruit locus ille terra facta culpa. In fronte enim erat lamina aurea, qua Pontificem ornabat; & ideo, quia sciam usurpat iniuste, iuste ibi punitur. Et non lat fuit, ut maculosa plaga in fronte prodiret, sed hoc coram mundi Sacerdotibus, in domo Dei in ejus sacratissimo loco, sanctuario nempe, & super altare thymiamatis; dum Rex thuribulum manuolvebat, paratis prunis, ut suavissimum suffumentum exhalaret, inde frontis purcissimae lepra monstratur: a qua intolerabilis faetor nascebatur; ut execratis sordidum Regem, qui inter mundicie instrumenta, immundissimam lepram contraxit, Thuribulum, ignis, Thymiam, & Sacerdos, non nisi puritatis organa sunt: at ex his ex quibus aliis limpitas deputatur, stolidus tamen Rex misere inquinatus evasit: & quae aliis erant in propitiationem, ipsi misero fuerunt in pessimum opprobrii supplicium.

Apoc. 7. n. 15. Ideo sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die, ac nocte, in templo ejus: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Num. 16. Non esurient, neque sument amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus aestus.

VERSIONES.

Arabic. n. 15. Ideoque modo astant, & serviunt in templo ejus, die, ac nocte; & qui insidet in throno, habitabit in eis. D. Cyprian. li sunt in conspectu throni, & serviunt ei diebus, ac noctibus; & is, qui sedet in throno, inhabitabat super illos. Syrus. Et ille, qui sedet super thronum protegit eos. Alii. Umbacula protegit eos. Arabic. n. 16. Non aduret illos sol. Andr. Cas. Non infestabit eos sol, vel ullus aestus. D. Cyprian. Sed neque cadet super illos sol, & nullum

unquam aestum patientur.

EXPOSITIO VIII.



DEO sunt ante thronum Dei, ante ejus divinam maiestatem, fruente clara, intuitiva, ac perpetua visione Dei, ejuldemque intima familiaritate. Serviant ei, felici ac quieta servitute, cultu, cultu nempe laetiae, ac adoratione, ejus laudes, ac magnalia decantantes, ut interpretatur Richard. Victorin. & Albertus Magnus, eique gratiarum actiones referentes, ut explicat Andreas Caesariensis. Die ac nocte, hoc est, perpetuo, incessabiliter, sine intermissione, ut exponit Aretas; nam in caelo non est nox, sed perpetua claritas. Apoc. 1. o. n. 25. sed ut ait Etkius, est phrasia sumpta a tempore hujus vitae, in qua dies, & nox sibi succedunt. In templo ejus, alludit ad templum Salomonis, ut ait Cornelius, in quo Dominus in sancto Sancto sedebat. Et qui sedet in throno; in beatis nempe, per dona gloriae conquiescent. Habitabit super illos, ut dicitur 2. Corinth. 6. num. 16. Quomodo habitabo in illis. Habitat super illos sua divina praesentia, providentia & protectione illis quasi incumbendo, se, suaque omnia illis communicando, & exhibendo. Non esuriant amplius. Iisdem verbis utitur Isaias cap. 49. num. 10. & uterque alludit ad hieronicas; id est, sacros athletas, seu pugiles, vel milites: jam victores, & emeritos de quibus late agit Petrus Faber. lib. 2. Agonist. cap. 12. Hi enim, priusquam victoriae gloria patirentur, saepe sitim, & famem pati cogebantur, saepe subdudio degere, atque in medio solis aestu aggeres extruere, caltra vallare, muros conscendere, cum hoste manum conferre, &c. At jam victores, & emeriti ab his omnibus liberi, perpetua quiete, & bravio donabantur, & si aliquando egerent, ex publico alebantur.

QUESTIO XXX.

Quare de Beatis in caelestipatria, tanquam pro magno premio, assignatur eis, quod Deo servent die, ac nocte?

Superiori versu dictum est, quod illi electi in turba magna, venerunt ex tribulatione magna, & subdit modo: Ideo sunt ante thronum Dei, & serviunt ei in templo ejus, & qui sedet in throno, habitabit super illos. Divus Bernardus: Quia, ait, dealbaverunt stolas suas per frequentem Passionis memoriam: ideo habitabit super illos per continuam laetitiam. Et sicut anima iusti, dicitur sedes sapientiae, sic & dici potest templum Dei, ac thronus illius Ansberrus: Quia, ait, talibus vestimentis induti, quia sanguine Agni videntur abluti, ipsi enim a conditore suo, tanquam thronus, possidentur, ipsi tanquam templum inhabitantur: & sic non dixit, habitabis in illis, sed

sed super illos, ut eos simul ostenderet templum, & thronum.

216. Servitus Dei, non laboriosa, sed suavis. Quæstio tota est; quare iustis, qui venerunt ex tribulatione, pro magna præmio assignatur, quod serviant Deo die, ac nocte: temporalis servitus, nisi ad longum tempus non protrahatur, ingenuis viris valde dura est, quomodo ergo victoribus: pro præmio tale imponitur jugum, ut die, ac nocte, id est, sine intermissione, servituti sint addicti: non mirum, quia hic est sermo, non de servitute humana, sed de divina, quæ Deo exhibetur; & hæc maxime exoptanda, & amanda; quia non laboriosa, sed suavis, ac per jucunda. D. August. serm. II. de Sancto. Non est, ait, laboriosa, sed amabilis, & optabilis servitus, in Deo laudibus perpetuo assistere: Dies quippe, & nox vicissitudinem temporis proprie, sed perpetuitatem tropice significant: Nox enim non erit illic, sed dies una melior in atriis Christi super millia: Hæc autem servitus, ut dixi in expositione, consistit in adoratione, laude, ac gratiarum actione erga Deum.

Dicitur in Text. Id. sunt ante thronum, & serviunt ei die, ac nocte. Particula apposita: Ideo, non solum refertur ad illa, Sunt ante thronum Dei; sed etiam ad subsequentia: Serviunt ei die, ac nocte. Cur ergo ideo serviunt ei die, ac nocte, quia venerunt ex tribulatione magna; & quia dealbaverunt stolas suas in sanguine Agni: nonne aptius diceret Sanctus fenex; ideo sunt ante thronum, quia serviunt ei die, ac nocte, sicut eis mandatum fuerat: Servite Domino in laetitia? Cur ergo ait; ideo serviunt ei die, ac nocte, quia magnas tribulationes sustinuerunt in vita? Tam præclarum, & excellens est, Deo servire, ut id bonorum operum in caelo, reputetur esse magnum præmium Rupertus: Hic dum vivitur, ait, servitus sive mysterium Dei, labor, & opus est: ibi autem servitus Dei laboris præmium, & servitus merces est.

217. Servitio Deo, ita excellens, ut in caelo detur in præmium. Dicitur Judic. 2. num. 8. Mortuus est Iosue famulus Domini. Ipso mortuo, ac sepulto in Mausoleo ejus, Epitaphii loco ponitur hoc nobile elogium: Iosue famulus Domini: & certe tanto Duce nihil dignius potuit scribi, ac exarari: nam ut Divus Hieron. in Psalm. 133. tale titulum infinitam dignitatem appellat; Infinita, ait, dignitas est, se dicere, esse servum Domini. Et ita in Mausoleo Iosue, non scribuntur Reges, quos docuerit; victoriae, quas obtinuit; civitates, quas devastavit; Promissionis terram, quam subiecit; sol, quem ad ejus vocem stare fecit; sed quod fuerit famulus Domini, ac si hic titulus illis omnibus splendidior, ac major sit; & id. de eo maxime gloriabatur David præsertim. Psalm. 36. cujus titulus est: In finem sermo Domini ipsi David. Et in Psalm. 15. n. 5. O Domine, quia ego servus tuus. Ubi Idem Hieron. Grandis dignitatis est, & meriti, esse servum Domini.

219. Cum Nabuchodonosor accederet ad ostium fornacis ardentis vidissetque tres pueros, qui in eam ligati fuerant missi, solutis vinculis, in medio flammaram ambulantes, totus admirandus clamavit: Sidrach, Misach, & Abdnago, servi Dei excelsi egredimini. Daniel. 3. n. 93. Cur alio nomine eos non compellat? non dicit eos viros famosos, ac magnos, & potentes quibus igitur, ac elementa obediunt, in totius

orbis admiratione: sed tantum servos Dei dicit, ac si hoc tantum illis omnibus illustrius, ac splendidius esset, nihilque per jucundius, ac laevius illis sanctis pueris dici posset, quam quod servi Dei nominarentur. D. Chrysostomus homil. 8. ad Ephesios cap. 4. Vocem, ait, vocavit jucundissimam, & sciebat, se ea maxime assemari; nam si eos vocasset Reges, si Domino. Orbis terra, non tanta eos affecisset voluptate, quanta, cum eis dixit: servi Dei.

Hinc Paulus scribens ad Philipp. in exordio Paulus, & Timotheus, servi Iesu Christi, cap. 1. num. 1. de more suo non se dicit Apostolum ut in limine aliarum epistolarum observaverat, sed tantum servum Iesu Christi; pro quo audientus est Chrysostomus. Ibidem: Nec ponit suum magistris nomen, sed aliud quiddam, illudque magnum; servum se ipsum nominat, non Apostolum, Ac si suprema omnium dignitas sit, servum Dei esse, quod de Angelis observat D. Cyrillus. Catechesi. 10. Ministrabant ipsi, ait, quod est officium servitutis; cum de Virgine nasci debebat, ministrabat tunc Gabriel, propriam dignitatem esse reputans, ipsi ministrare, vide supra c. 5. q. 25. n. 2. 27. & q. 26. n. 2. 49.

QUESTIO XXXI.

Quare de beatis dicitur, quod non esurient, nec sument amplius, cum sapientia dicat Qui edunt me, adhuc esurient?

Dicitur in nostro text. de Beatis: Non esurient, neque sument amplius: & tamen Ecclesiast. 24. num. 29. De se testatur ipsa sapientia Dei: Qui edunt me, adhuc esurient. Seu ut legit Tigurina: Qui me comederit, adhuc amplius esuriet. Si ergo qui divinae sunt participes sapientiae, nequaquam satiantur, sed adhuc eam esuriunt quomodo in præmiu beatorum assignatur, quod non esurient, nec sument amplius?

Respondeo ad quæstionem, quod in præsentis Text. alludit Joanes ad athletas, ac pugiles, ut dixi in expositione, qui post multos labores perperfos, post famem, sitim, nuditatem, æstum solis, ac rigorem nivis, jam emeriti, ac victores constituti, jam nullius rei egebant; sed omnibus abundabant. Ita & beatis omnibus accidit, qui in hac vita famem, sitim, nuditatem ac multos dolores, ac æumnas tolerantes, jam translati in patriam, æternæ vitæ gaudio, & triumpho donati, sine ulla molestia, æterno bono, omnium felicitatum fronte, fruuntur Inebriantur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te est fons vitæ. Psalm. 35. num. 9.

Cum autem ait sapientia: Qui edunt me, adhuc esurient; Potest esse sermo de sanctis, vel in via, vel in patria, juxta varias interpretationes; pro quo advertit, esuriam spirituales, (non loquitur de corporali, quia hæc non est hic ad rem) triplicem esse. Prima est rei non habitæ, ut habeatur; & ita peccator dolore attritus esurit, & sinit gratiam; secunda est

Luc. 1.

Beati licet semper Deum videant, semper affectant videre.

esuries rei habitae, ut magis habeatur, ut in viro iusto qui esurit majora dona gratiae. Luc. 1. num. 53. Esurientes implevit bonis; & D. August. lib. 8. Confess. Gustavi, & esurio te. Datur & tertia rei excellentissima habita, cujus continuatio absque aliquo fastidio delectabiliter affectatur; iusti habent esuriam spiritualium donorum, secundo modo in via; quanto magis participant de Divinis donis, tanto magis illa desiderant; Tertio modo datur in beatis, qui summo gaudio, Dei visione fruuntur, & absque ullo fastidio, illius perennem continuationem affectant; unde quaedam Prosa ait: Fruuntur, nec fastidiunt, quo frui magis stium.

264. 1. Petr. 1.

Angeli beati Deum videt, & desideranter prospiciunt.

Ait Apostolus Petrus Epistol. 1. cap. 1. n. 12. In quem desiderant Angeli prospicere. Quae verba licet graves Patres exponant, & referant illud relativum, quem ad Christum D. tamen D. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 28. ad Deum ipsum, hoc est, ad totam Trinitatem, refert. Ac proinde desiderant prospicere, id est, desideranter, & cupide prospiciunt, & desiderando satiantur, & satiendo desiderant, D. Gregorius citat. Deum, inquit, Angeli vident, & videre desiderant, & sitium inveniunt, & intuentur. Ne autem sit in desiderio anxietas, & desiderantes fatiantur: & ne sit in satietate fastidium, satiati desiderant. Et desiderant sine labore, quia desiderium satietas comitatur, & satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur. Beda: Contemplatio, ait, Divina praesentia ita Angelos beatificat, ut eis semper visus gloria, satientur; & semper eius dulcedinem, quasi novam, insatiabiliter esuriant.

Beda.

265.

Joan. 21.

Quantum quis Deum videt, tanto magis inflammatur desiderio videndi.

D. Ambr.

Cum sacri Apostoli in mari Tiberiadis piscarentur; stetit Iesu in litore; cognovit eum Ioannes, & dixit Petro: Dominus est; Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Ioan. 21. num. 7. Postquam Dominus resurrexit Petrus eum saepe vidit; ei soli Deo minus apparuit, semel, & iterum cum aliis Apostolis; & etiam cum aliis discipulis, eum videt praesentem in litore; & tamen, ut magis ejus praesentia fruatur, morae impatiens, non vult cum aliis discipulis in navigio venire; contemnens pericula, mittit se in mare; cur non conquisceat, cum toties Dominum vidisset; quanto magis ipsam viderat, tanto magis inflammabatur desiderio ipsam videndi; repetita intuitio acuebat affectum iterum videndi. D. Ambr. in cap. 24. Luc. Non contentus Petrus, ait, vidisse, quo viderat, repetit intuenda: & querendi Domini amore incensus, non satiatur videndo. Vidit solus; vidit cum undecim; vidit cum septuaginta; & quando Thomas credidit; vidit cum piscaretur; sed non vidisse contentus, impatiens desiderii, negligens captionis, immemor periculi, ubi Dominum vidit in litore: serum aestimat, si cum ceteris navigio perveniret. Expende illud. Non satiatur videndo; praehementi desiderio videndi.

Apoc. 7. n. 17. Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitae fontes aquarum, & absterget Deus omnem

lachrymam ab oculis eorum.

VERSIONES.

Syrus.

Propterea, quod Agnus est, qui in medio throni pascet eos, & deducet eos ad fontes aquarum vivarum; & delebit Deus omnem lachrymam.

Arabicus.

Deducit illos ad fontes aquae vivae, auferetque ab eis omnes lacrymas eorum.

Tyгурina.

Deducit eos ad vivos fontes aquarum.

Arias.

Quoniam Agnus, qui per medium throni est.

Vatabl.

Absterfus est Deus omnem lachrymam.

Tertullian.

Et delebit Deus omnem lachrymam.

EXPOSITIO IX.

QUONIAM Agnus, dixerat supra, versu antecedenti quod non esurient, neque sitient, nec ulla molestia afficiuntur; cujus rei assignat rationem: Quoniam Agnus, qui in medio throni est; quod explicandum, ac intelligendum est, ut fuit dictum cap. 5. n. 6. Reges illos. Syrus: pascet, Eo modo, quo Pastor oves, qua metaphora denotatur, quod eos omni bono adimplebit, nequitate nempe, ac manna caelesti; & reget eos per intimam voluntatum conformitatem, ut nihil velint, nisi quod Deus ipse velit; unde ait D. Bernard. In declamatione. Beatitudo enim; ait, est; ubi nihil sit, quod notis: ubi totum sit, quod velis. Et deducet eos ad fontes aquarum vitae, id est, efficiet Christum, ut semper maximis, & immortalibus affluant voluptatibus; ac caelestibus bonis; & valde frequenter aeterna beatitudo per fontes explicatur in scriptura: Quomodo desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Psal. 41. & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, Caelestis nempe gloria magnitudo omnem tristitiae, ac doloris causam absorbet. Beda: immortalium adepta beatitudine gaudiorum, omnis maior penitus oblivioni mandabitur. Ioachim, & Richard. Deus absterget, ait, quia sicut ab omni malo liberis, sic eos totius doloris immunes facit.

266.

Syrus.

D. Bernard

267.

Psal. 1.

Beda.

Joachim Richard.

QUESTIO XXXII.

Quare non Leo, sed Agnus deducet electos non ad fontem, sed ad fontes; & non quoscumque, sed vitam?

268. Tres quaestiones.

TRiabbreviter in hac quaest. inquiri; primo, cur dicitur quod Agnus, & non potius Leo deducet, ac reget eos? Secundo, quare dicit ad fontes, non potius ad fontem? Tertio, cur dicit fontes vitae, quam non explicat.

269. Aeterni primum proficiens in virtute. D. Anselm.

Ad Primum, ait: quod Agnus deducet, & reget eos. Deducet, ut habetur ex Graeco, id est, pascet, caelesti nequitate, ut jam dixi in expositione. D. tamen Anselm. Laudensis: Reget illos, ait, deducendo de virtute in virtutem, & per hoc tandem ducet ad fontes aquarum vitae, id est, ad indicentem refectorem. Virtute proficientibus

270. Prælati benignitate regat subditos.

Et dicitur in text. Agnus deducet eos, & reget eos. Agnus iste Christus D. est, qui etiam Leo nuncupatur: Vicit leo de tribu Iuda. Apoc. 5. n. 5. Et Leo aprior videtur ad regimen, quam Agnus; nam grassantes lupos in ovile leo facile discerperet; & leo est vigilantissimus, aperitis oculis dormit; & vigilia multum expediens ac gubernatorem; deinde leo generosissimus, ac fortissimus; & fortitudo maxime necessaria gubernatori; nam ut dicitur: Non sibi fieri iudex, nisi valeas resistere iniquitati. Cur ergo non leo, reget, ac deducet, videtur Agnus? Ut inde discat Prælati: quod suos debet ducere, ac regere, maxime benignitate, ac mansuetudine. His annuit Arias Monran. Quoniam Agnus, ait, Divina bonitas, ac benignitas, reget illos in sua sancta virtute. Ex quo Paul. ad Tit. 1. num. 8. Monet qualem debet esse Prælatum, ait: Oportet Episcopum sine crimine esse, hospitalem, benignum. Expende benignum, D. Anselm. Cantur. Sit etiam benignus, ut diligit omnes, & quicquid boni potest, tam corporaliter, quam spiritaliter impendat. Vide supra cap. 4. quaest. 21. num. 192. 193. & 194.

Tit. 1.

D. Anselm.

271.

Psal. 35.

Deus multa dona confert suis.

Albert. Mag.

Secundo quaero; cur caelestis beatitudo, non dicitur a Joanne fons aquae, sed fontes aquarum in plurali; deducet eos ad vitam fontes aquarum? Cum tamen David Psal. 35. n. 10. Apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbi iustitiam. Ecce, ut testatur David, fons vitae est apud Deum, qui nullus alius est, quam ille, de quo loquitur Joannes in praesenti: Cur ergo fontes aquarum dicit: quia licet Deus gratiarum auctor unus sit, a quo dona caelestia in suos derivantur, & inde dicitur fons vitae; cum tamen innumera sint beneficia, quae Deus suis largitur, ut hoc Joannes magis explicet, inde ait, quod eos deducetur sit, non ad fontem, sed ad fontes aquarum, subscribit Albertus Magnus. Dicuntur fontes pluraliter, propter pluralitatem donorum in sanctis suis. Vel etiam aliter dici potest; quod est fons vitae, & fontes; fons respectu Dei, qui est unus fons, ac origo caelestium donorum; & sunt fontes ob multiplices gra-

dus multiplicemque participationem ipsius beatitudinis.

Tertio, quaero; quare in praesenti non dicuntur fontes tantum, sed cum addito vitae; deducet eos ad vitam fontes. Sicut & Apocal. 21. n. 6. dicitur: sitienti dabo de fonte aqua viva. Seu ut legunt Syriacus, Pagnin. De fonte aqua viva: Nonne sat erat dicere, duceret eos ad fontes aquae ut ibi desiderium sitientium expleretur? cur ergo addidit, hanc aquam esse vitae, seu vitam? Quia illa gloria, non est quaelibet possessio, sed vitae vitae, quae nullum habet terminum, & caret omni molo, ac molestias; & id est est fons vitae, & vitae simpliciter. D. Thomas ad cap. 21. Apocal. Dicitur, ait, aqua viva, quia iucunditas gloriae possessori suo tribuit iucunditatem interminabilem vitae. Ut ibi perpetuo vivat; in aeternumque ibi iucundetur.

272.

Gloria est in terminabilis vita, sine molestia.

D. Thom.

273.

Prov. 9.

Dicitur de sapientia. Proverb. num. 3. Posuit mensam, & misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, ac moenia civitatis. Si posuit, ac praeparavit mensam, & misit vinum, & carumque victimas suas; & omnia sunt jam disposita, & mandat vocare ad mensam, ad coenam, sed cur ad arcem, ac moenia civitatis? In arce, ac moenibus resonant bellica instrumenta: In moenia vero apponunt dapes ad delicias, ac saturitatem. Quae ergo connexio inter mensam, ac moenia civitatis? Non mirum; quia hoc est praecipuum, ac singulare in illa caelesti mensa aeternarum deliciarum, quae ibi figurabatur, ut habeat muros, & arcem, quibus ingredienti cingantur; & claudantur, ut inde nunquam exeant, sed ibi in aeternum perfeverent custoditi, ac liberi ab omni nocimento, ac malo incurfu. Abbas Celenf. lib. de Panibus cap. 2. Et plane, ait, mensa immensa, etiam in hoc admirabilis, nihilominus & amabilis: quia non exit a te, qui intrat ad te. Claudatur siquidem intra ambitum tuum; non tamen inclusus, verum plena beatitudine feliciter circumclusus, & iucunde circumscriptus.

Qui ingrediuntur gloriam, ibi perpetuo vivit ut non recedat.

Abbas Cel.

274.

Exod. 16.

Canebat lex Exod. 16. n. 29. Maneat unusquisque ad semetipsum, nullus egredietur de loco suo septimo. Dies septimus, erat dies sanctificatus, in quo Deus requievit ab universo opere suo; cur ergo mandatur, ut tali die nullus exeat de loco suo? cur deambulandi gratia, in alium locum non se transferet? cum dies septimus, esset dies sanctificatus, requie consecratus, aeternam felicitatem adumbrabat; & ob rale significatum mandatur, ut nullus de loco suo egredietur; & tanta est fervorum Dei felicitas, quod dum quis semel intraverit illam caelestem curiam, nunquam inde amplius exibat: sed in ea perpetuo perseverabit. Noster D. Cyrillus Alexand. lib. 4. in Joan. cap. 11. Qui ad illam aeternam, ait, quietem perveniet, nunquam inde amplius exibat: hac de causa jubebatur Judaeis a suo tabernaculo die sabbathi non recedere.

D. Cyrill.